






1759, 2 G. 25. num. 19. 17

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE
IVRE SVCCESIONIS
EX
PACTO ET PROVIDEN-
TIA MAIORVM

P-56
QVAM
DEO TRIVNO PRAESIDE
IVSSV ET AVCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN INCLVTA ACADEMIA ALTORFINA
PRO GRADV DOCTORIS
RITE CONSEQUENDO
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
D. XII FEBRVAR. MDCCCLVIII
SVBICIT
FRIDERICVS LAVRENTIVS WILHELMVS
MEIER
HALA SVEVVS

ALTORFII
TYPIS IO. GEORGII MEYERI VNIVERS. TYPOGR.





PROOEMIUM.



*D*ulcius mihi cogitanti, peractis nuperrime
 studiorum Academicorum annis, de
 conuenienti disputationis argumento
 uariae quidem obuersabantur mate-
 riae; at propter nimiam temporis angustiam nullum aliud,
 quam praesens, magis sese mihi multis ex rationibus comproba-
 uit thema. Mecum itaque constitui, istud inaugurationis
 causa uentilandum in medium producere et pro uirili summo-
 rum

rum in iure priuilegiarum capessendorum gratia defendere. Nec a scopo plane alienum putavi, si aliquoties methodo scientifica, quoad nempe hoc in casu eius fieri posset, procederem, sciagraphiam quandam toti labori simul praemissurus. Cuiusvis enim argumenti tractatio, hac methodo conscripta, uniuersalioribus stipata prodeat necesse est praeceptis, ex quibus reliquae ueritates, tanquam principiata, facillime erui possunt. Ordo itaque dicendorum generalis ita a nobis, seruato naturali, est digestus, ut primo praecipuas species successionis ex pacto et providentia maiorum breuiter, quoad genera et differentias specificas, percurramus, et, quantum eius fieri potest, ea capita indicemus, in quibus conueniunt, et ex quibus characteribus distinctiuis a se inuicem discernantur; quo facto ex iis, in quibus omnes conueniunt hae species, regulas generales et principia formabimus, eorum simul ostensuri applicationem. Facili enim negotio tunc a quolibet ex iam iam generatim definitis decisio specialiorum fieri poterit. Me interim non fugit, plures iam de hac materia proflare tractatus, sed sunt longe diuersi; argumentum itaque hocce dicendi nondum adeo exhaustum mihi uidetur, quin semper adhuc aliquid addi posset, quod prius uel plane non, uel saltem non hoc modo dictum uel scriptum sit, inprimis cum utilissimum duxerim, illa etiam uel binis tetigisse, quae in dulcissima patria hac in re nobis quotidie occurrere solent.

Nec

*Nec diffiteor graue et perquam difficile esse, de iis ali-
quid scribere, quae nec semper lege speciali expressa, nec usu
uniformi satis definita, sed quam maxime moribus introducta
uarietateque usurpata reperiuntur; sed eo facilius fortassis mi-
hi speranda erit uenia, si in tanta huius thematis ambiguitate
humani quid fuero passus; cum in difficilioribus tentasse quo-
que et uoluisse sufficiat, per tritum illud:*

Vt desint uires, tamen est laudanda uoluntas.

*Vt uero omnia ex uoto succedant, diuinum in coelis Numen
supplex ueneror.*

CONSPECTVS TOTIVS DISSER- TATIONIS.

Tractatio ipsa duas habebit partes generales, quarum
Prima explicabit ius successionis ex pacto et proui-
dentia maiorum *inductiue*, seu secundum species prae-
cipuas, quae sub hoc nomine continentur; quo fine
agitur de iure successionis ex pacto et prouidentia maio-
rum secundum

Ius Naturae. (§. 1. seq.)

Ius positivum; (§. 3. seq.) et quidem
ius in Republica Iudaica observatum (§. 5.)

peregrinum, idque
Romanum, (§. 6.)

in genere,

in specie.

Canonicum. (§. 7.)

Feudale Longobardicum. (§. 8 - 11.)

domesticum; quod consideratur

in genere, (§. 12. seq.)

in specie; quoad ius Germanicum

privatum, et quidem

commune; ubi occurrunt

stipendia. (§. 14 - 16.)

fidei commissa familiae. (§. 17 - 21.)

speciale, et exempli gratia,

stipendia patria. (§. 23.)

bona salinaria Sueuo-Hallensia. (§. 24. 25.)

publicum, et quidem

politicum, ubi occurrit

ius primogeniturae, (§. 26.)

quoad substantialia

exemplificatione

ius maioratus. (§. 27. seqq.)

ius minoratus. (§. 31.)

ius principatus. (§. 32.)

feudale. (§. 33.)

Altera

Altera pars in eo consistit, ut ex hisce huc dum sigillatim recensitis uariis speciebus successionis ex pacto et prouidentia maiorum per abstractionem, ea, in quibus conueniunt, capita separentur, formatis inde principis generalibus et ad omnes et singulas species recensitas applicabilibus. Obiter, et a primo limine, uariae quaestiones tangendae erunt.

CAPVT I.

§. I.

IVs, quod per legem natiuitatis successiue ab uno in alios transmittitur, dicitur *prouidentia maiorum* Definitio iuris ex pacto et prouidentia maiorum. *quaestum.* Proprie quidem loquendo nondum natis, nec in utero materno adhuc conceptis, nullum competit ius; sicut nec ulla sunt rei non existentis accidentia. GROTIUS *de iure B. et P. L. 2. C. 4. §. 40.* Homo nondum natus non est subiectum, iuris capax, quoniam ius semper supponit agendi facultatem. WOLFIUS *in Iur. Natur. P. VI. C. 6. §. 830.* Nec est, quod excipias, posse quoque ius in utilitatem foetus in utero adhuc existentis exerceri per alium, adeoque nil ob stare, quo minus in eum transferatur, ac perinde esse, siue ante natiuitatem, siue post eandem ab eodem acquiratur. Enim uero quam primum quis natus est, ius eidem utile esse inci-

incipit, et si incertum sit, num tam diu sit uicturus, ut ipse hoc exercere possit; quando uero foetus adhuc in utero materno existit, incertum est, num uiuus sit in lucem proditurus, consequenter ius utile ipsi futurum, nec ne; neque ulla adhuc affulget spes, fore, ut ipse per se aliquando ius exercere possit. Dispar adeo utrobique ratio est. Praeterea nec ratio suadet, ut ius transferatur in foetum adhuc in utero existentem contra naturam, cum idem prorsus sit iuris effectus, si ea lege conferatur, ut per natiuitatem acquiratur, siquidem utilitatem nascituri spectes. Quod si enim uiuus in lucem non edatur, nullam inde utilitatem percipere potest. Quando casus occurrit, in quo, iure in nasciturum translato, quatenus per fictionem habetur pro nato, alterius cuiusdam utilitati in eventum incertum consulitur, id alio adhuc modo fieri potest, cum a transferentis uoluntate pendeat, quomodo ius quoddam in alium transferre uelit.

§. II.

An et
quomodo
hoc ius
obtinere.

Quod si quis igitur dicat, se ius quoddam translaturum in nondum natum, ueluti in foetum in utero adhuc existentem; id uelle intelligitur, ut idem ab eo acquiratur, quando nascitur, seu per natiuitatem. Quaesitum igitur ante omnia est, an quoque liceat ea lege ius suum successiue in nondum natos transmittere? et quis erit, qui neget? modo principiorum iuris naturalis non sit plane ignarus, quod eiusmodi partum non amplius tanquam uitae expertem, sed uiuum, agnoscit, adeoque ius quodcunque in

in illum transferri patitur; modo embryonem excipias, qui non statim cum reliquis hominum iuribus quaesitis etiam huius iuris in specie particeps fit. (§. I.)
 NETTELBLADT in *System. elem. I. Ptiae natural* Tom. I. M.
 2. Tit: 2. §. 499. WOLFIUS. §. 834. c. l. Nec diuersitas sexus diuersitatem iuris hoc in casu operatur; quod interdum secus secundum principia iuris positiui,

§. III.

Nostrum igitur est, differentias iuris naturalis et positiui circa hancce materiam altius perpendere, et tunc demum per inductionem varias species successione ex pacto et prouidentia maiorum recensere. Iure ciuili nempe uti aliae fisiones, ita et haec introducta, ut eorum, qui nondum nati sunt, personam lex interim sustineat, adeoque eos ad acquisitionem iurium admittrat, *L. 7. ff. de stat. hom.* et *L. 187. ff. de reg. iur.* exclusis aliis. Idque fit tam fauore partus propter spem nascendi, quam fauore Reipublicae, cui partus nascitur. *L. I. §. I. et §. 15. ff. de uentr. in poss. mitt.* Nam et legitimae hereditates his restituuntur. *L. 26. ff. de stat. hom.* Porro, si e. g. lege regni alicuius cautum sit, non debere illud ad aliam familiam transire, donec in regia familia sint, qui succedere possint, usu autem ueniat, ut rex improlis sit, neque habeat confanguineos; non debet decerni successio alii uel familiae uel personae, donec spes consequendae prolis superest. Nisi quod sub conditione statui posset, si improlis decedat rex, tum, nec aliter, hunc aut illum fore successorem. Haftenus enim priuata utilitas familiae, cui fauet lex, publicae utilitati innexa est.

B

GROTIUS.

Differentiae iuris naturalis et positiui circa nostram materiam.

GROTIUS. c. 1. §. 10. n. 3. Et in hoc prima iuris positiui a iure naturali aberratio ponenda.

§. IIII.

Differen-
tia 2 da.

Altera maxime eo redit, quod ius positium in hac successionis forma quam maxime diuersitatem sexus respiciat, id quod ex Tacito scimus, qui suo tempore filios tantum in bona defuncti successisse affirmat, exclusis filiabus. GEBAYER *de dote German. p. 14. et de iure successionis apud ueteres Germanos ad Taciti C. 20. p. 49.* Interim et in hoc negotio noua rursus differentia per ius Romanum inualuit. Quare consultius mihi uidetur, singulas nunc species huius successionis ex antiquissimis temporibus deducere, et pro diuersitate iurium, quae in Germania hodie adhuc obtinent, percurrere.

§. V.

Exem-
plum hu-
ius
succeſſio-
nis ex
Republica
Iudaica.

Possẽm quidem in leges Num. XXVII, 43. sqq. a Re- publica Iudaica obseruatas digredi, ibique materiam iuris primogeniturae ex speciali pacto a prouidentia quadam maiorum deriuare; sed uel binis hoc dixisse sufficiet, quum plane non alium, quum doctrinalem, nobis hodie usum praestet. Consultius fortassis erit, Romanorum in hac materia principia excutere, et breuissimis repetere, idẽ, quod §. 3. iam iam de iure positiuo in genere fuit assertum, quam maxime de iure Romano ualere, quod nempe etiam nondum natos ad acquisitionem iurium admittat, L. 7. ff. de stat hom. eoque sine bona gentilitia et diuersas pactorum species introduxerit, quae nomi-

nomine uniuersalium, particularium, unilateralium, bilateralium, acquisitiuorum, conseruatiuorum, dispositiuorum, restitutiuiorum, et renunciatiuorum ueniunt. BODE *de success. gentilitia.*

§. VI.

Et cui iuri fideicommissa Romana originem suam debent? quae nihil aliud erant, quam praestationes, quibus testator eum, cui aliquid reliquit, onerabat. Nonne speciali pacto ex prouidentia maiorum? Respiciamus modo eorum originem, quem optime indicauit IMPERATOR IVSTINIANVS §. I. *Inst. de fidei commiss. hered.* Sciendum est, inquit, omnia fideicommissa primis temporibus infirma fuisse: quia nemo inuitus cogebatur praestare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hereditatem uel legata relinquere, si relinquebant, fidei mittebant eorum, qui capere ex testamento poterant (hereditatem.) Et ideo fideicommissa appellata sunt, quia nullo uinculo iuris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Eum maxime in finem, ut hereditatem iis, quibus alias relinqui non poterat, relinquerent, heredem, quem fiduciarium appellabant, perfidia Romanorum finxit, eique restitutionem hereditatis in capaci faciendam iniunxit. Longe diuersa igitur erat causa introducendi fideicommissa Romanis et Germanis, ut infra elucescet, ubi de fideicommissis familiae erit sermo. HEIMBURG *de fidei commissis.* C. I. §. I. 2.

§. VII.

Sed transeamus ad ius Canonicum, uisuri, quidnam illud in hac materia disponat. Scimus, Pontifices

In fidei commissis iur. Canonici.

fices multa e iure ciuili Romano in suis Decretalibus interdum quoque infelici successu correxisse, id quod etiam in materia de fideicommissis, saltim quoad ipso-
rum naturalia et accidentalia, euenit. Refero huc potissimum satis nota Capp. *Raymutius et Raynaldus* 16. et 18. *X. de testam. et ult. uolunt.* in quibus filio fideicommissio grauato tribuitur ius deducendi legitimam et Trebellianicam. Alterum, quod ius Canonicum in materia fideicommissorum mutauit, est, quod singulari plane ratione C. 8. *X. de probation.* ordinatum legimus, ut eo in casu, quo filio uel filiae fideicommissariae quisquam substitutus est, si sine liberis decedat, filius uel filia sine liberis decedere non putandus sit, si monasterium ingrediatur. In iure Iustiniano quidem hoc iam fundatum L. 35. §. 2. *C. de Episc. et Cler. Nou. 123*; iure Canonico autem confirmatum est. Ex principiis denique religionis Pontificiae, licet iure Iustiniano, introductum est, ut in legatis, piis causis relictis, ea legata omni Falcidia cessante soluenda sint. *Nou. 131. C. 12.* BOEHMER in *I. E. P. L. 3. Tit. de Testam. §. 26.* Et cum omnia fideicommissa particularia legatis a Iustiniano aequi-
parata sint, de his idem erit dicendum.

§. VIII.

In feudo
ex pacto
et proui-
dentia ma-
iorum,

Ius feudale Longobardicum maximam sibi huius-
modi succedendi attribuit partem, per introductionem
feudi ex pacto et prouidentia maiorum. Inde ortum,
ut semper in successione legitima regulari respiciatur
ad primum acquirentem, cuius agnatos lex ad
successionem uocat, et quidem ita, ut eius ascen-
dentes, collaterales et descendentes, illegitimi, le-
giti-

gitimati, qui per adoptionem tales facti, et qui in genere feuda acquirere nequeunt, a successione excludantur. II. Feud. 50. II. Feud. 20. II. Feud. 26. I. Feud. 1. NETTELBLADT. *in system. elem. uniuers. iuris pr. posit.* Tom. II. P. I. Tit. 4. §. 1126. seqq.

§. IX.

Ante omnia igitur disquirendum, quodnam ^{Discrimen} inter feudum ex pacto et pro-^{inter feu-} uidentia tale et hereditarium. Diuisio quidem satis ^{dum ex} est nota, et a Doctoribus uno quasi ore celebrata; ^{pacto et} sed in explicatione eius mira interpretum deprehendi-^{providen-} tur uarietas: unde non potest non uera huius distin-^{tia tale et} ctionis ratio tenebris inuolui haud leuem parientibus ^{heredita-} incertitudinem. ^{rium.}

§. X.

Quidam ipsum ius feudale Longobardicum distinctionem hanc quoad ipsa uerba ignorare, eamque ^{Obiectio,} originem suam non nisi inuentioni Doctorum debere asserunt, quorum quisque, genio suo indulgens, eam pro suo conceptu interpretandi ius sibi sumit. At penitius perscrutantibus haec cautela sese offert, ne, uerborum corticibus inhaerentes, illud in solis formulis, litteris inuestiturae insertis, cum STRYKIO in *Exam. Iur. Feud. C. 4. qu. 45. seqq.* aliisque collocemus; ita, ut uox *heredum* adhibita statim nota characteristica sit feudi hereditarii. Opinio enim haec quasdam limitationes admittere uidetur, uti consentit clare MOELLERVS in *Vsu Pract. distinct. feudal. C. I. distinct. ult.* Verum ac genuinum huius distinctionis fundamentum in ipsis rerum argumentis quaerendum est, in

diuerso scilicet iure, circa successionem et potestatem disponendi uasallo licitam intuitu feudi, constituto. Si enim pacto contrahentium, domini scilicet et uasalli, tam quod successionem, quam dispositionem de feudo uasallo licitam, modus iure feudali praescriptus in omnibus singulis capitibus retentus, nec quidquam ad normam qualitatis allodialis immutatum in eo est, adest feudum ex pacto et prouidentia, quod *proprium* manet. Quoties uero pacto dominum inter et uasallum inito ius, circa uel translationem uel successionem iure feudali communi stabilitum, immutatum, et modus in rebus allodialibus, uel per alienationem uel per successionem transmittendis, utilitatus receptus est, toties adest feudum hereditarium, quod in *improprium* degenerat. Aliis etiam patrimoniale audit, et Germanis stilo recentiori *Erbbguth* dici solet. GASSERI *Diff. de feudo sub formula Erbbgut.*

§. XL

Vsus huius
diuisionis.

Vsus huius distinctionis maior, quam ut hac explicatione exhauriri satis possit. Tangam modo potiora: 1) In feudo ex pacto et prouidentia primi acquirentis hinc est, quod eius solummodo descendentes successionis sint capaces, et quidem ita, ut allodium ultimi defuncti a feudo separare, et hoc solum sibi sumere, adeoque titulo singulari succedere possint, eo effectum, ut nec debita defuncti allodialia exsoluenda, nec ad alia eius facta allodialia praestanda teneantur. In feudo hereditario successio deferatur titulo uniuersali ex iure hereditario per ultimum de functum transmissio. Notandum tamen, dicta praec-

praesertim intelligenda esse de agnatis succedentibus :
ratione filiorum enim seu descendentium ultimi de-
functi etiam feuda ex pacto et providentia participant
a natura feudorum hereditariorum , ob textum II.
Feud. 45. MOELLER C. 16. *Dist.* 7. c. 1. 2) In feudo ex
pacto et providentia heredes tantum iure feudali ha-
biles ad successionem admittuntur , in feudo here-
ditario etiam inhabiles. MOELLER C. 15. *Dist.* 4. et 5.
3.) De feudo ex pacto et providentia uasallus neque
inter uiuos neque per ultimam uoluntatem , absque
consensu domini et agnatorum , qui primum feudum
acquisuerunt et deinde concesserunt aliis , disponere
potest ; bene tamen de feudo hereditario. MOELLER
C. 14. *Dist.* 2. 4.) In feudo ex pacto et providen-
tia licet uasallus eiusque descendentes ob feloniam
commissam eo priuentur , agnatis tamen successio
salua manet ; secus in feudo hereditatio. MOELLER
C. 23. *Dist.* 1. 5.) Si de qualitate feudi non satis con-
stat , in dubio semper praesumitur esse feudum ex
pacto et providentia , non uero hereditarium. MOEL-
LER C. 3. D. 1. Plures differentias suppeditat STRECKER
*in differentiis feudorum hereditariorum atque ex pacto et pro-
uidentia talium* §. 27. usque ad finem.

§. XII.

Nostrum non est penitus huc intrare , cum iuris
domestici statuta hac in re nobis longe plura ante
oculos ponant exempla. In genere docemur ex prin-
cipiis iuris Germanici , proauos nostros legitimae suc-
cessioni admodum fauisse , teste TACITO *Cap.* 20. de
moribus Germanorum , hinc usum testamentorum pe-
nitus ignorasse , ne heredibus proximioribus ullum
adfer-

Exempla
iuris do-
mestici.

adferetur praeiudicium. BOEHMER *de fundamento pactorum familiae*, C. I. §. 1. REINECCIUS *de Germania successionis testamentariae quondam ignara*. HEINECCIUS *de testamenti factione iure Germanico arctis limitibus circumscripta* §. 9. Immassen dann auch so gar die Deutsche Reichsrazungen von den Römischen Gesetzen in Rücksicht auf die Erbfolge abgewichen sind, und diese für erlaubt und verbindlich erklärt haben. *Instr. Pac. Onabr. Art. 4. §. 10. et Art. 15. §. 13. Recessus Imp. de ao 1654. §. 188. Capit. Caesar. Art. 1. §. 9.* ESTOR in der bürgerlichen Rechtsgelehrs. der Deutschen, P. 2. Hauptstük LXX. §. 2904. seqq.

§. XIII.

In bonis
auitis,

Nec silentio plane hic praeteribo bona auita, quae a primo acquirente iure familiae hereditario ad possesorem, e primi acquirentis progenie descendentem, promanant, et sic eo ipso, quod a patre acquirente iure hereditario in filium tantummodo transierint, bona auita euadunt. BRAND *de natura honorum auitorum*. In haec autem bona auita non tantum possessori, sed et omnibus ac singulis a primo acquirente descendentibus, ius competit, licet omnes descendentes pari iure succedere nequeant; iure uero Germanico in his bonis neutiquam ultimo possessori, sed primo acquirenti, nec ultimo defuncto, sed ex pacto et prouidentia, succeditur. Insuper hac successione masculi tantummodo gaudent, foeminae uero tunc admittuntur in subsidium, nempe si stirps masculina extincta sit. BRAND. *loc. cit.* C. 2. BODE. *de successione gentilitia*.

§. XIII.

§. XIII.

In specie uero quod ius Germanicum priuatum ^{in stipendiis.} et quidem commune attinet, stipendiorum materia hic maxime in censum uenit; cum ea, quae ius Canonicum circa stipendia disponit, et cui sine dubio originem debent, hic latius perlustrare necesse non sit. Plura interim retulit ZIEGLER *de stipendiis et stipendiatis*. ZAVNSCHLIFER *de iure stipendiorum ad studia*. Abstrahendo autem ab etymologia uocis stipendii definitionem realem praemittamus. Significat nempe *stipendium* praestationem utilitatis, intuitu studiorum statim temporibus praestandam; cui definitioni accedit illa, quam suppeditat DOM. A. SECKENDORF in *dem Deutschen Fürstenthum*, P. 2. C. 14. qui stipendium uocat eine Reichung eines gewissen Geldes vor die arme studierende Jugend. Est igitur stipendium salarii species eo fine concessa, ut stipendiarii se ad officia reipublicae obeunda habiles reddant. Dividitur autem stipendium in id, quod *publica auctoritate*, et illud, quod *apriuatis* concessum. Hoc autem uel eo fine conceditur, ut stipendiarii *ad officia reipublicae obeunda* reddantur capaces, quales in der *Hollischen wohlthät. Eginstitutions-Verleg* habemus, et quoniam ex mente fundatorum ab Inclyto Magistratu conceduntur, sensu quodam particulari *Raths*. Stipendia audiunt; uel is finis *praecise non intenditur*. In hoc posteriori casu oritur stipendium familiae.

§. XV.

§. XV.

In stipen-
diis fami-
liae,

Stipendium familiae rursus est uel absolutum uel mixtum, prout nempe uel unice in fauorem familiae est conditum stipendium, uel deficientibus ex familia subiectis alii substituti sunt extranei. Vsus practicus huius diuisionis praecipue in eo cernitur, quod stipendium familiae absolutum in casu deficientium ex familia honorata subiectorum non concedatur extraneis, sed potius pecunia ad honestum lucrum et usuras licitas collocanda mihi quidem uideatur, ut stipendiati postea eo maiori fruantur stipendio, uel etiam, si forte contingat, ut familia subiectis idoneis abundet, stipendium pluribus simul concedi possit: hac enim ratione multo melius testatoris intentionem adsequi possumus, quam si ad alios usus familiae stipendia impendantur, cum id, quod Deo semel dicatum est, ad usus humanos transferri ulterius non debeat. C. 51. de Reg. Iur. in 6^{to}. Plures eiusmodi casus decedit SCHROETER in Probl. Iur. Eccles. An stipendium familiae ei sit concedendum, qui ob praerogatiuam alterius illud durantibus annis Academicis consequi haud potuit?

§. XVI.

Modus
conce-
dendi sti-
pendia,

Ordo autem et modus stipendia concedendi is obseruatur. Conceditur 1) agnatis, fundatoris nomine et clypeo utentibus: eos enim prae ceteris amore ac fauore complecti obligamur. L. 30. C. de fidei commiss. 2.) Cognatis, cum fauores conueniat ampliare. C. 15. de reg. iur. in 6^{to}. 3.) Affinibus et populariter seu in sensu non iuridico ita dictis. Plura de hac mate-

materia retulit FRITSCHIVS *de stipendiis et stipendiatis*.
HOFMANN *de eo, quoa circa stipendia constitutum*. HEINEC-
CIVS *de iure principis circa civium studia*, §. 18.

§. XVII.

Stipendiis proxime accedunt *fideicommissa familiae*, In fidei-
quippe quae a quibusdam ut genus et species confi-
derantur. Intelligimus nempe per *fideicommissum Ger-* *manicum*
donationem quandam, qua certae fami-
liae, ad conseruationem et splendorem eius, bona
quaedam sub prohibitione alienationis et diuisionis
relinquuntur, ita ut omnibus de familia, secundum
ordinem successionis uel alium praescriptum, successiue
deferatur. Haec uero notio fideicommissi non con-
fundenda est cum illa Romana §. 6. iam iam expli-
cata. Toto enim coelo a se inuicem differunt;
quamuis quidam Icti leges Romanas huc applicantes
misere torserint. Inde factum, ut innumeris haec
materia implicaretur difficultatibus, ex quibus tamen
facillime explicare nos possumus, si fideicommissa
ex genuinis iuris Germanici originibus ac principiis
deriuemus. Adauctis nempe populorum Germano-
rum opibus, et postquam religionem Christianam
acceperant, suasu Clericorum potissimum introductus
est testamentorum usus, non quidem secundum subtili-
tatem legum Romanarum, sed secundum simplici-
tatem iuris Germanici, KOPP *in Specim. Iur. Germ. pri-*
uat. II. de testam. Germ. §. 3. et ex eo tempore etiam
obseruare licet, fidei commissorum ad normam iu-
ris Romani compositorum primas origines, id quod
chartae eius temporis nos satis docent.

C 2

§. XVIII.

§. XVIII.

Differen-
tia inter
fideicom-
famil.
et Rom.

At de origine et forma iuris peregrini circa hanc materiam, nostrum non est heic ulterius loqui; inspiciemus potius paullo accuratius modum succedendi in Germanorum bona, qui a Dd. ob iuris patrii ignorantiam fideicommissum appellatus fuit. Cum uero in eo simus, ut successionis huius Germanorum differentiam a Romanis fideicommissis enucleemus; tres nobis ante omnia tenendae erunt propositiones, quae huius doctrinae fundamentum sunt. Prima nempe haec est: *Avita bona sine consensu heredum alienari apud Germanos non potuerunt.* Altera, quae in hac materia praemittenda, fundamentalis propositio haec est: *In his bonis apud Germanos solos masculos succedere; foeminas uero, quamdiu masculi extant, exclusas manere, et praeter modica alimenta nihil amplius postulare posse.* Ultimo demum loco principii instar notes uelim: *Apud Germanos pacto et traditione, plerumque symbolica, inter uiuos hereditatem transferri potuisse.*

§. XVIII.

Probatur
exemplis.

Talis erat modus succedendi apud priscos Germanos, qui paucissimis regulis absoluebatur, ad maiora familiarum incrementa eorumque statum bellicum maxime adcommodatus. KEMMERICH *Progr. de institutis Germanorum ad conseruationem familiae spectantibus.* Nec desunt exempla ueritatem thematis illustrantia. ESTOR in der bürgerlichen Rechtsgelehrsam:

samkeit der Deutschen, im 2ten Theil, im 115 Hauptstück, §. 3424 et 3426. retulit plura: von dem Familien-Gedinge der Vettern und Gebrüder von Dr. vom Jahr 1664 und von Stiftung eines Fidei-commisses Hugo Eberhart Verchens. At receptum postea ius Romanum haec omnia mirum in modum turbavit. Inauditum quid erat iuris Romani Dd., cuidam liberam bonorum alienationem adimere, p. §. 1. *Inst. quib. alien. licet*; paradoxon illis uidebatur, filias legitima priuare, easque deterioris conditionis habere, quam masculos; BOEHMERI *Indrod. in ius Digest. Tit. de inofficios. testam. §. 2.* et hereditatem pacto transferre portenti instar habebant. *L. 30. C. de pactis.* LYDEWIG *dissert. iur. Rom. et Germ. in pactis de superstitis heredio, C. 3. §. 4.*

§. XX.

Germanis tamen morum suorum! tenacissimis tam facile persuadere non poterant, ut ab illis recederent, atque ita factum, ut usum huius iuris Germanici, inter plebeios uere in totum abrogati, illustres tamen ac nobiles ad familiarum maius incrementum pactis et consuetudine inter se conseruare studuerint. LEYSER *Cor. I. M. §. Sp. 404. ad ff.* affert exemplum totius Ordinis Equestris Rhenani superioris, cuius ea de re testimonium hoc solemni instrumento comprehensum: „ Daß nach uralter und bis auf den heutigen Tag in beständiger Uebung gebliebener Observanz die adeliche Töchter gegen ein conuenable Fräulein Steuer in fauorem des Mannstammes renunciiren, hingegen aber ad bona renunciata, „ nach

„ nach Erlöschung der mánl. Descendenz und hiedurch
 „ sich ergebenden ledigen Unfall, einen freyen und ohn-
 „ behinderten Regress haben, ohne daß der letztleben-
 „ de Masculus von diesen in soweit onere fidei com-
 „ missi taciti afficirten Gütern in illarum praeiudicium
 „ einige Disposition mit Rechtsbestand zu machen be-
 „ rechtigt seye.

§. XXI.

Modus in
 illis succe-
 dendis

Modus autem et ordo succedendi in his fidei-
 commissis Germanorum a primi constituentis uolun-
 tate pendet, et ex eius dispositione omnibus, quos
 uocauit ad fidei commissum, oritur, quod uo-
 cant, quaesitum: hinc illius, primi scilicet constitu-
 entis, uoluntas maxime est respicienda. In succe-
 ssione itaque in fideicommissa Germanorum uoluntas
 primi fideicommittentis primum fundamentum est.
 Primus autem ille fideicommittens l. expresse l. tacite
 suam uoluntatem declarare solet. Ad praesumptam
 enim uoluntatem finem fideicommissorum Germa-
 nicorum, conseruationem scilicet et augmentum fa-
 miliae, referimus. Sed haec uel binis tetigisse sufficiat.

§. XXII.

Exclusio
 a succe-
 ssione.

Interim sunt, qui a successione in fideicommissa
 Germanorum excluduntur. Clerici nimirum, secun-
 dum principia iuris Pontificii: hi enim propter cae-
 libatum familias neque conseruare, nec augere
 possunt. Minime autem simpliciter huc referri po-
 terunt mentis aut corporis defectu laborantes: pro
 diuersa qualitate enim morbi, quo premuntur, fa-
 miliam

miliam augere possunt, adeoque iis successio in haec fideicommissa non plane deneganda. Interim etiam in hoc ad diuersas cuiuscunque loci leges respiciendum. Et haec de fideicommissis, quatenus heic in censum ueniunt.

§. XXIII.

Transcamus ad ius Germanicum priuatum speciale, et ibi ordinem succedendi ex pacto et prouidentia maiorum in diuersis negotiis inueniemus, ueluti in stipendiis, in bonis salinariis, et sic porro. Stipendia nempe quod attinet, habemus in dulcissima patria maiora et minora: illa Academicis demum studiis sunt sacrata, haec uero iam in scholis conferuntur. In utroque genere succedendi modus ita est comparatus, ut pluribus simul competentibus non pro rata conferri soleat, sed unico tantum. Ita enim expressa uerba *Consil. Tubing. in causa stipend. Wezelian. Sueuo-Hallens*: „Der Ursach wir fast nicht ra-
 „then können, daß es unter etliche vertheilt, son-
 „dern vielmehr einem allein gegeben werde, wie es
 „der Testator disponirt, weil es, zumahl heutiges
 „Tages, ganz einem allein pro uictu, geschweige pro
 „ceteris necessariis comparandis, bey weiten nicht
 „sufficient ist; wann es also noch darzu vertheilt
 „werden solte, wäre es einem eine schlechte Beyhülfe
 „auf Vniuersitaeten, und würden dadurch wenige
 „commouirt werden, sich den Studiis zu ergeben, wenn
 „sie vor sich nicht Mittel aenug hätten zum studiren,
 „die aber, so vor sich Mittel gnug haben, würden
 „das

In stipen-
 dii Sueuo-
 Hallens.

„ das geringe Beneficium gar wenig achten ; ist dem
 „ nach besser , daß es ohnvertheilt beihammen bleibe
 „ und darzu durch Anlegung der Zinsen zum neuen
 „ Capital , in denen Jahren , da niemand von der
 „ Familie und Freundschaften vorhanden , der es ge-
 „ nießte , und sonst durch neue Benstiftung , so viel mö-
 „ glich , augirt werde , daß es desto erklecklicher seye.
 Excludit igitur proximior remotiorem per canonem
 uniuersalem , et obtinent etiam hic regulae illae com-
 munes ; iam supra suppeditatae. Quo quis enim
 proximior gradu est testatori , eo quoque dilectior dispo-
 nenti fuisse praesumitur. *L. 57. §. ult. ff. ad Scrum
 Trebellian.* Ideo , quando quis sub nomine collectiuo ,
 u. g. familiae liberorum , agnatorum , cognatorum ,
 complures ad fidei commissum uel stipendium uo-
 cantur , uidentur illi eo ipso ordine uocati , qui in
 successionem ab intestato seruaretur , cum testator in du-
 bio conformare se uoluisse praesumatur iuri communi.
 BRVNEMANN *ad L. ult. C. de V. S.* Quatenam inde con-
 sectaria frugifera fluant , occasione C. 2. infra uberi-
 us ostendemus.

§. XXIII.

In bonis
 salinariis.

Denique si bona salinaria in dilectissima patria
 altius consideres , ex omnibus consecrariis sat pate-
 bit , pactum ex prouidentia pro fundamento esse ;
 praesertim si illam bonorum salinariorum speciem in-
 spicies , quae sub nomine der fließenden Siedens Ge-
 rechtigkeiten ueniunt. Ius enim circa illa competens in
 heredes extraneos non transit , sed in solos primi
 acqui-

acquirentis descendentes deuoluitur. Ex eodem argumento liberis a patre in hoc iure praeiudicari nequit, id illis l. auferendo l. uni prae aliis titulo legati uel alio concedendo. *Arg. L. 3. de interd. et relegat.* Extra familiam inualide eiusmodi ius alienatur. Concessum est enim ex pacto et prouidentia *toti* familiae (dem Stammen). Idque iam olim prouisum, uti consuetudo salinaria, ex chronicis aliisque documentis desumta, nos satis docet. „Wenn ein Ge-
 „schlecht mit einer Siedensgerechtigkeit belehnet worden
 „ist von Altersher, so sagen die Sieder, daß die Nach-
 „kömmling solch Gerechtigkeit, ihren Leibs Erben
 „zum Nachtheil nicht veräußern können, „ in tan-
 „tum, ut nec pater inter liberos de eo iure testari
 „possit. Pater quidem, quamdiu est in uiuis, de
 „eo iure disponere potest, et uni filiorum id con-
 „cedere, sed post obitum patris obtinet uulgatum
 „illud: extincto iure dantis, extinguatur ius accipien-
 „tis. Und in der alten Saalordnung *de anno 1608.* ist
 „§. 3. expresse statuiert: „ daß die verliehene Erbsie-
 „den nicht mögen verkauft oder alienirt werden, son-
 „dern solle allezeit bey dem adquirirenden Geschlecht
 „verbleiben, und von demselben gesotten, oder uff
 „den Nächsten Interessenten im Loos fürübergelassen
 „werden. Quod statutum inueteratae obseruantiae
 „innixum, nusquam diferte abrogatum, cur stare
 „prohibeat? *L. 32. C. de appellat. L. 27. C. de testam.* Im-
 „mo haud obscure confirmatur in der erneuerten Saal-
 „Ordnung d. a. 1683. §. 1. „ Und wenn sich begiebt, daß
 „einer oder mehr in seinem Stammen an den verlichenden
 „Erbfieden mitbetheilt etc. solle er Macht haben etc.
 „ zu

„ zu verkaufen, doch daß er in seiner Freundschaft und Linie
 „ verbleibe, etc. iunct. §. 5. ibi: aber keiner aus sei-
 „ nem Stammen etc. ubi facultas annua salis coquen-
 „ di, die angefallene Siedensjahre extra familiam
 „ alienari vetantur, ergo multo magis ipsum ius,
 „ die Siedensgerechtigkeiten selbst. „ MOEGLING in
 Collat. iur. civil. Rom. cum statuario Sueuo-Hallens. circa
 mater. Emphyteusos in Salinis, C. 1. §. 4. Denique et
 hic praecipuus huius iuris effectus in eo sese exserit,
 quod hocce ius, in praedictum successorum non
 possit subinfeudari: imo ne quidem exercitium
 creditoribus in solutum dari potest. HOFMANN de
 Emphyteusi, C. 4. §. 12. Plures exinde profluentes
 effectus recensentur in disputatione iamiam allegata
 Beati MOEGLINGII de Emphyteusi etc. ESTOR in der bür-
 gerl. Rechtsgelehrs der Deutschen, Tom. I. im LXIV.
 Hauptstück. §. 2796.

§. XXV.

Exempla
 huius suc-
 cessionis
 ex iure
 publ.

Ius publicum, et quidem politicum, nobis ad
 illustrandam nostram disputandi materiam varia pa-
 cta atque negotia sistit, splendorem gentis atque
 familiarum quam maxime conferuantia. Huc re-
 fero primogenituram, maioratum, minoratum,
 et principatum.

§. XXVI.

De iure
 primo-
 geniturae.

Ius primogeniturae nempe est illud ius, quo
 bona auita primogenito ita deferuntur, ut illius
 et

et ex eo progenitorum, habita tamen lineae gradus, sexus et aetatis ratione, sint in perpetuum. Vbi igitur haec bona uigent, postgenitis certa iura certique redditus adsignantur, ut inde alimenta pro dignitate capiant. Veniunt ea, uti aliunde iam iam constabit, Apanagii nomine, et sunt ad instar legitimae Germanicae. Sed quaeritur: quid in dubio sit praesumendum? ubi nimirum non constat, quis primus inter gemellos, neque roboris, neque pulchritudinis, neque optionis paternae habetur ratio, sed res omnis sorti committitur. SLEVOGT *de iure primogeniturae et maioratus*, §. 8. HEILAND *de successione secundum ius primogeniturae*, S. 2. §. 12. seq. Et hoc ipsum ius uariis in domibus obtinet. Elegans exemplum occurrit in Serenissima Archiducali familia Austriaca: „daß der Älteste unter den Herzogen solle die Herrschaft des Landes haben, und nach ihm sein ältester Sohn erblich, doch also, daß es von dem Stammen des Geblüts nicht komme, und das Herzogthum nimmermehr getheilt werde, id quod etiam per ipsam sanctionem Pragmaticam confirmatum. Ducatus Württembergicus praeterea, ob uerba in literis inuestiturae satis manifesta et expressa, eiusdem qualitatis esse uidetur: „daß die Herrschaft zu Württemberg zu ewigen Zeiten, von Erb zu Erben von einem Herzog zu Württemberg auf den andern, und allewege auf den ältesten ehel. männl. Leibeserben, und nach eines Ältesten Absterben, auf dessen ältesten Sohn und Descendenten, und also consequenter fallen soll.“ Etiam in illustrissima Domo Hohenloica Langenburgensi in nostra

uicinia sita ius primogeniturae obtinet. Legimus enim hoc in dem Successions-Recess zwischen Hrn. Ludwig Gottfried Grafen von Hohenloh, und Hrn. von Langenburg, und dessen praesumir. Leibes-Erben und Vettern Hrn. Philipp Ernsten Grafen von Hohenloh Schillings Fürst, und Hrn. Philipp Carln, Grafen von Hohenloh Bartenstein re. dd. Oehringen, den 10 9bris 1720. apud FABRVM in der Europäisch. Staats-Canzley, P. 44. p. 211. et HANSELMANN in seinem diplomatischen Beweis von der Landes-Hoheit des Hauses Hohenloh I Th. p. 574. qui etiam affert ein Diploma Kayserl. Confirmation des in dem Hochgräfl. Haus Hohenloh-Langenburg eingeführten Iuris primogeniturae, dd. Wien den 26sten Julii, 1717.

§. XXVII.

De iure
maioratus.

Ius maioratus quod attinet, quam maxime Hispanis originem debet, unde et nomen deriuat. Interim non defuere, qui penitus damnare uoluerunt maioratus, s. quod idem est *senioratus*, iura, tanquam mala perniciosissima; subditis seruitutem perpetuam imponentia, adeoque e bene constituta Republica plane exterminanda. Sic FERDINANDVS VASQVIVS L. 1. c. 8. *illustr. controuers.* inde fieri asserit, ut plerique in Hispania homines, paucis nobilioribus exceptis, tantummodo instar seruorum et mancipiorum, immo ueluti pecora et iumenta, nudi nascantur.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

At uero non una ratio est, ob quam haec iura conferuandis familiis Republicae expedientia conferuantur. Quamuis enim negari non possit, iure ciuili liberos ad successionem hereditatis paternae aequaliter admitti, p. *L. II. 21. C. famil. Ercisc. L. 32. ff. eodem L. 3. C. commun. utriusque iudic. Nou. 118. c. 3.* ac ipsum illud fundamentum etiam in iure naturali sese ita habere; *L. 4. C. commun. diuidundo*; adeo, ut in dubio semper ea tenenda sit opinio, per quam liberi ad aequalitatem reducuntur, cui fini etiam collationum iura introducta sunt; adde quod haec inaequalitas discordiam inter fratres, inuidiam, et saepe odium immortale pariat: ueruntamen, cum nihil magis hominibus debeatur, quam ut supremae ipsorum uoluntatis, postquam aliud uelle non possunt, liber sit stilus, et licitum, quod iterum non redit, arbitrium, *L. I. C. de SS. Eccles.* cum ipsis tanquam Dominis rerum suarum liberum moderamen adimi nequeat, *L. 21 de mandati*, nec uetari, quin legem rei suae pro lubitu dicere possint testamento. *L. 120 de V. S.* immo et iure ciuili expresse patentibus permisum sit, uni ex liberis, salua tamen ceteris legitima, totam suam hereditatem relinquere; *Nou. 117. c. I. pr.* sane non uideo, cur, dum iure suo utitur pater, primogenito soli certum aliquem fundum relinquendo, ceteris iniuriam facere dici queat. *L. 13. §. I. ff. de iniur.*

Ratio cur
ius maio-
ratus in-
roduc-
tum.

§. XXVIII.

Apparet inde non adeo inique sentiendum esse de maioratibus, maxime cum ad tuendum splendorem gentis eiusque dignitatem conseruandam, et ut bona et ditiones in familia conseruentur, haec iura ex speciali prouidentia introducta sint. Quas, nobiles et illustres praesertim, in splendore ac flore conseruari publice interest. Quapropter etiam senioratus saepissime cum principatu erat coniunctus. ESTOR *in orig. iur. publ. Hass. L. 2. C. 12. §. 33.* et in der bürgerli. Rechtsgl. der Deutschen, im CXIII. Hauptstück, §. 3416. *legq. de domo Hassiaca ita refert, „Das fürstl. Hauss „Hessen hat das Seniorat der Erstgeburt in beyden „Linien Cassel und Darmstadt durch ein Geding den „24sten September, 1627 eingeführt. In den Hauss „Braunschweig, Sachsen, Unhalt, Laris, Paryen- „heim etc. ist das Seniorat ebenfalls eingeführt. Nicht „minder finden sich davon Beyspiele bey adel. Fami- „lien, als der von Niedesfel, Bünau, Rau, etc.* ILLUSTRISSIMVS DOMINVS FRIDERICVS LVDOVICVS S. R. I. COMES IN SOLMS ET TECKLENBURG *de maioratu. SLEVOGT de iure primogeniturae et maioratus. BECK de licita maioratuum et fideicommissorum familiae nobilium alienatione.*

§. XXX.

Definitio
Maioratus

Ex his circumstantiis simul sumtis satis iam apparebit, *maioratum* nihil aliud esse, quam ius succedendi in bonis ea lege relictis, ut illa in familia integra perpetuo conseruentur, et proximo cuique seniori successiuo ordine deferantur. Dubia inde fortassis oriunda pul-

pulcherrime remouet KLENGEL *de maioratu*, ubi simul ostendit, quousque maioratus iura amitti possint, adiectis diuersis maioratum speciebus.

§. XXXI.

De minoratu et principatu breuissimis loquar, cum in hoc tertio proxime accedant ad ius primogeniturae et maioratum. *Minoratus* nempe dicitur is ordo succedendi, ui cuius inter plures collaterales natus minor continuo succedit. Finis ultimus igitur minoratus unus idemque est, ac maioratus, nempe conseruatio et splendor familiae. Quapropter etiam in familiis tam illustribus quam nobilibus locum inuenit. CRAMER *de minoratu*.

§. XXXII.

Iura *principatus* omnia redeunt ad conuentionem quandam, quam plures hunc in finem inierunt: Dem ältesten unter der Gemeinschaft zu erlauben, alles in der Mit-herren Namen zu verordnen, auch dabey zu thun und zu lassen, ausser, daß er in wichtigen Fällen mit den gegenwärtigen Mitherren, oder dero heimgelassenen Räten Rath pfleget. Diesemnach verordnete der Herzog Ernst zu Gotha, der Fromme, für den Erstgeborenen oder ältesten Prinzen, in seinem letzten Willen, und der Regiments Ordnung das Directorium und Verwaltung der gemeinschaftl. Lande. GLAFEY im Kern der Sächsischen Geschichte, L. I C. 22. Hingegen führte der Herzog Friedrich durch sein testament das Erstgeburts recht ein. RVDOLPHI in Gotha diplomat. L. c. 10. §. 32. In dem Hause Braunschweig finden sich ebenfalls noch dergleichen

De iure
principa-
tus.

Gen Beispiele ; nicht minder in verschiedenen Gräfl-
chen Häusern , z. E. in Schaumburg-Lippischen , wel-
ches Schaumburg-Lippische Erstgeburts-Recht das
Fürstl. Hauss Hessen Cassel als Lehensherr 1671. auch
der Kayser Leopold bestätigt haben.

§. XXXIII.

In iure
feudali
hoc ius
quomo-
do se ex-
ferat quod
bona gen-
tilitia.

Vltimo nobis ius publicum feudale *feuda gentilitia* ante
oculos ponit , quae nempe familiae cuidam sunt pro-
pria. Eorum originem quaeras circa aetatem Con-
radi II. Imperatoris , id quod post modum Frideri-
cus I. Imperator confirmavit his verbis : „ *Praecipi-*
„ *mus etiam , ut cum miles , siue de maioribus , siue de minoribus , de*
„ *hoc saeculo migraverit , filios eius beneficium tenere. Si uero*
„ *filium non habuerit et abiaticum de filio masculo reliquerit , pari*
„ *modo beneficium habeat , seruato usu maiorum ualuarum*
„ *in dandis equis et armis suis senioribus. Et si forte abia-*
„ *ticum ex filio non reliquerit , et fratrem legitimum ex*
„ *parte patris habuerit beneficium , quod patris sui fuit ,*
„ *habebit. L. 3. LL. Longobard : Tit. 8. L. 4. STRVV in*
IPtia feudal. C. 12. §. 2. Varias species eiusmodi feu-
dorum recensuit SCHOEPPF de feudis Germaniae gentilitiis.
Refert huc e. g. feuda Silesiae , Austriae , Lusatae ,
Pomeraniae ; feuda Mecklenburgica et Lauenburgica ,
Colonienfis , et Treuirensis , Metensis , Palatina et
reliqua trans Rhenum in terris Teutonicis ; feuda
Sueuica , Wetterauica , Fuldensis , Castrensia , *Stamm-*
lehen , Hassiaca , Iuliacensis , Saxonica , Cliuensis ,
Marchica et Westphalica , Franconica , ueluti Her-
bipolensis , Bambergensis , Aistaedtensis , Baru-
thina , et Onoldina , Hennenbergica et Thuringica ,
Castel-

Castellensia, Wertheimensia, Limburgica, Henloica, Reineccensia, et sic porro. Ad modum succedendi in eiusmodi feudis quod attinet; paucis ut me expediam, natiua indole successionis Gentilitiae, in feudis Germanicis antiquis communibus et nouiter oblati, semper senior totius gentis succedebat, et tractum gentilitium administrabat, singulis uero suam portionem exsoluebat, et sic de una linea ad aliam feuda illa Germanica communia deuoluebantur, nominata: *Umgehende Lehen*. In nouiter acquisitis, et datis uero, cum feuda toti genti concederentur, ante omnes sui, suis deficientibus agnati, agnatis deficientibus Gentiles, *die eines Helms und Schildes waren*, ad successionem uocabantur, insigniti nomine *eines Schilds und Helms oder Ritter, Mann, Lehns*.

CAPVT II.

Tandem ex hisce hucdum sigillatim recensitis uariis ^{Corollariis} successionis ex pacto et prouidentia maiorum speciebus, per abstractionem, ea, in quibus conueniunt, capita breuissimis obseruare licebit, formati inde principis generalibus, et ad omnes ac singulas species recensitas reliquasque possibiles applicabilibus. Concludo igitur ita:

E

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Ius successionis ex providentia maiorum est ius limitatum. (Cap. I. §. 1.)

§. XXXV.

Hoc ius in iam natis est ius quaesitum, et quidem futurum; quod tempore successionis lege determinato transit in praesens.

§. XXXVI.

Ius successionis tam ius reale, quam personale, esse potest.

§. XXXVII.

Omnis actus, quo nondum natis acquisitio per natiuitatem adimitur, est inualidus, nisi transferentis et primi acquirentis consensu is actus celebratus.

§. XXXVIII.

Qui asserit sibi ius ex pacto et providentia maiorum competere, illud probare debet: quia est res facti.

§. XXXVIII.

Si plures sunt, qui ad successionem ex pacto et providentia maiorum sunt uocati, et inter eos sunt iura aequalia, tunc qui prior tempore, potior iure.

§. XXXX.

§. XXXX.

A iure successionis ipso separari potest eius exercitium, ita ut quis ius ipsum quidem habeat, ast eius exercitium ei non competat.

§. XXXXI.

Apud quos hoc ius adhuc est futurum, illi perpetuam expectatiuam habent.

§. XXXXII.

Potest etiam hoc ius diuidi in quiescens et dormiens; in fauorabile et odiosum; quid quod diuerso respectu et odiosum et fauorabile esse potest.

§. XXXXIII.

Vel personis uel rebus, uel causis hoc ius inherere potest.

§. XXXXIII.

Summus imperans, propter dominium suum eminens, legi successionis ex pacto et prouidentia maiorum derogare potest, si salus reipublicae periclitetur.

§. XXXXV.

Stipendia sunt praemia feliciter absolutorum studiorum.

§. XXXXVI.

In collatione stipendiorum ante omnia primi fundatoris intentio pro norma et lege esse debet.

§. XXXXVII.

Si plures circa stipendium familiae concurrunt, ad annos Academicos respiciendum, (§. 39. h. c.), si nihil specialibus in literis foundationis expressum.

§. XXXXVIII.

Minoratus bona supponit, pluribus eiusdem familiae ad uitam conuenientem sufficientia.

§. XXXXVIII.

Vnusquisque, praesertim qui neque ascendentes neque descendentes habet, minoratum constituere potest.

§. L.

Ius primogeniturae quocunque modo introductum usu contrario aboleri potest.

§. LI.

Si ius primogeniturae lege publica regni introductum, nonnisi a populo et rege aboleri potest.

§. LII.

Possem quidem plura hac de re differere, et varias adhuc quaestiones addere, e. g. An ius quoddam ex pacto et prouidentia maiorum, cuius foeminae etiam sunt capaces, u. g. unsere fließende Siedensgerechtigkeit zu Hall, per statutum aliquod speciale ad masculos possit restringi? 2) Ob aus un-
ferer

serer fließenden Siedensgerechtigkeit, quae inter bona
 auita, consequenter inalienabilia, debet referri, per sta-
 tutum quoddam, können eigenthüml. folgl. auch alie-
 nable Sieden gemacht werden? 3) An per amissionem
 iuris ciuitatis etiam ius illud salinarium, quod uo-
 camus die fließende Siedensgerechtigkeit, quoad poste-
 ros simul amittatur? Sed tantum dixisse sufficiat in
 praesentiarum; et quamuis me huic materiae longe
 utilissimae ex assè satisfecisse non putem: spero ta-
 men a lectoribus ueniam, quibus aetas mea et bre-
 uitas temporis, quod huic labori impendere potui,
 fatis me excusabunt. Reliqua in posterum differo,
 si mihi fortassis contigerit, tam hanc ipsam mate-
 riam, quam in specie statutaria nostrae ciuitatis al-
 tius penetrasse. Deo uero Ter Optimo Maximo
 pro concessis uiribus sit laus,
 honor et gloria.



E 3

Non

Non omnes adeo terras *Astraea* reliquit:
 Sunt, qui *lus* tradunt, illustria nomina, passim
Doctores celebres: cupidi legum atque periti,
Egregii *Iuvenes*, in publica commoda nati,
 Non cessant alacres iustum rectumque tueri.
 Est populus? leges adsunt. Ex lege, nocentes
 Arcentur iusto sub iudice; turba clientum
 Insons a causae patrono saepe iuuatur;
 Officium faciunt passim *Iuvenesque* *Senesque*.
 Haec pulcre nosti, MEIERE: haec sunt tibi curae:
 TE docti tenerum bene formauere *Magistri*:
 TE *IUVENEM* plures diuina, humana, docebant:
 Ergo *Palaeome* doctae TIBI frontis honorem
 Praeponit merito, DOCTORIS nomine digno.
 Euge, bonum factum! Dat praemia iusta laborum
 Patria: sic per TE quoque publica commoda crescent.

NOBILISSIMO DOMINO CANDIDATO
 honores DOCTORALES, ex animi
 sententia, congratulatur
 D. IOHANNES BALTASAR BERNHOLD
 S. Theologiae et Hellenismi Professor P.
 in Altorphina,

Sic

Sic alacri cursu studiorum rite peracto
 MEIERE, ex merito praemia digna petis.

Altorfina Themis summos iam pandit honores;
 Quod uotis superest, Patria cara dabit.

PRAESTANTISSIMO DOM. CANDIDATO

*gratulationis causa
 dabat*

WOLFGANGVS ALBERTVS SPISIVS D.

Ordinis Ictorum Senior et h. t. Decanus.

Inigni studio nomenque decusque tueris,
 Prouida maiorum quod Tibi cura dedit.

Hiscē TVIS laetare bonis, MEIERE; perennet
 Et TVVS gratas posteritatis honos.

POLITISSIMO DOM. CANDIDATO

summos iuris artis honores

ex animo gratulatur

et faustissima quaeque pie precatur

IOHANNES HEVMANNVS, D.

Iur publ. et Pandect. Prof. P.

et inclytæ Reip. Noriberg. Consiliarius,

VIRO

VIRO
CLARISSIMO ORNATISSIMOQVE
FRID. LAVRENTIO WILHELMO MEIERO
S. D. P.

IOANNES CONRADVS STIGLIZIVS
IVR. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD. ACADEM. FLORENT. SODALIS

Conscendes suggestum, defensusurus Dissertationem delectu
argumenti elegantem. In certamine isto de TE idem prae-
sentio, quod in lite illa, quam inter tres deas excitasse
fertur Eris, Galenae Nereidi de Venere praedixit Panope
apud *Lucianum in Dialog. marin.* "Ἦδη σοι Φαί, ἐκ ἄλλης
κράτῃσιν, τῆς Αφροδίτης ἀγωνιζομένης. Quam in rem
etsi habeo pignora certa, doctrinam et ingenium ΤΥΜ,
in utroque examine probatum: nulla tamen neque maior
neque locupletior cautio est, hac ipsa Dissertatione ΤΥΑ,
qua ita satis dedisti, ut, qualem TE opto et spero, ta-
lem TE fore, ac proinde expectationem de TE conceptam
non solum sustentaturum, sed superaturum etiam esse,
firmiter possim confidere. Gratulor itaque TIBI hanc lau-
dem doctrinae ΤΥΑΕ debitam, gratulor fructus, quos, cum
isto die tuo, tum in dies semper, uberiores, collecturus es,
cupioque et opto, ut omnia TIBI ex animi sententia, et ex
merito, bene feliciterque eueniant. Vale, CLARISSIME
MEIERE, meque TVI amantem, quod facis, ama. Scribebam
Altorfii IV. Id. Febr. MDCCLVIII.

Altdorf, Diss. 1756-60

ULB Halle
002 512 319

3



f
56.



1759, 2
G. 25. num. 19. 17

DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA
DE
IVRE SVCCSSIONIS
EX
PACTO ET PROVIDEN-
TIA MAIORVM

QVAM
DEO TRIVNO PRAESIDE
IVSSV ET AVCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN INCLVTA ACADEMIA ALTORFINA
PRO GRADV DOCTORIS
RITE CONSEQVENDO
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
D. XII FEBRVAR. MDCCCLVIII
SVBII CIT
FRIDERICVS LAVRENTIVS WILHELMVS
MEIER
HALA SVEVVS

ALTORFII
TYPIS IO. GEORGII MEYERI VNIVERS. TYPOGR.

